

G.

Q. II, 109.

Akt. I, 264. etc.




Per cento SYNOPSIS
VITÆ ET RERVM
GESTARVM

TRIUMPO
TENTISS. PRINCI-
PVM SAXONIÆ
ELECTORVMQ.
IMPERII

Nimirum
MAVRITII
AVGVSTI &
CHRISTIANI
piæ recordationis,

IENÆ
Typis Tobiae Steinmanni Anno 1597.

30
29



REVERENDIS, MA-
GNIFICIS ET AMPLISSI-
mis Nobilibus,

ni Lösero, in Pretzsch: Electora-
tus Saxoniæ Marschallo hæreditario & præsidi
præpositoq; Episcopatus Numburgensis.

Dn. Ioanni Ernesto ab Haugultz præsidi
& Capitano Cicensi.

Dn. Abrahamo Bockio in Salhausen.

Dn. Ottoni à Detteborn.

Dn. Georgio à Schleinitz in Stauchitz.

Dn. Ioanni Friderico à Schonbergk, præsi-
di Electoralis curiæ & Capitano Vuitebergensi.

Dn. Henrico à Schonbergk in Frauen-
stein.

Dn. Ottoni Pflugio in Sthrela.
&

Dn. Henrico à Bunau in Tretzschen.

Consiliarijs intimis Inclytæ domus Saxonice, & oculis
Patriæ conspicuis: Dominis suis submissè &
officiosè colendis,

dicendum est dedicat & consecrat

Ma.

Magna per se virtus profecto atq;
pietas est. Nobilissimi amplissi-
mi que Heroes, non solū patri-
am, sed in primis etiā in ea bonos & p-
stantes principes, tanquā ~~etiam~~ amare,
eosque omnis fidelitatis, Venerationis
& subjectissimæ obedientiæ studijs orna-
re, atque eo etiam modo patriæ salutem,
& organa salutaria quibuscunque licet
modis & officijs juvare. Cum igitur &
V. M. Virtus & sapientia præclara cum
eximia eruditione, rerumq; usu conjun-
cta nota sit Patriæ, & comperta præterea
fides erga Principes, & animi æquitas er-
ga homines universos & singulos, præ-
sertim ergaliteras, literatosq; humanitas
atque benevolentia singularis: non sūm
veritus hanc qualēmcunque opellam, &
animi mei propensam & egregiam vo-
luntatem erga patriam, principesque ob
maximorum beneficiorum acceptorum
memoriam, sùb V. M. nominum auspi-
cio in publicum typis emittere, submis-
sè & officiosè petens, ut hoc munuscu-
lum

Ium literarium boni consulatis, & ex ve-
ra affectione profectum omnino vobis
persuadeatis. Deus optimus Maximus
in vestris conatibus adsit, largiatur vo-
bis diuturnam in administrandis rebus
tranquillitatem, bonam Ecclesiæ, Schola-
rum & Oeconomiarum constitutionem,
& ab omnibus malis vos immunes con-
servet. Bene & feliciter V. M. valere o-
pto. Profecto Iohannis Evangelistæ
Anni 1598.

Laurentius Peccenstenius
Autor.

Modus operatus nulli, quod invenimus
nisi in R. Codice 1598.

Capit. 1598.



OTTO 18. ANNO 1540. IN VIENNA. M. 1540.
IN SIGNIA PRINCIPVM
Saxoniæ.



Imperijs, PAX & bellum duo tempora: belli
Enses, & pacis Symbola Ruta gerit.

Nicol: Reusn: D.



34



I.

M A U R I T I V S
D V X S A X O N I A E .
perij Septemvir &c Heinrici filius,
Alberti nepos.

ORTVS.



R I G I N E M E F A M I-
lia vetusta ac nobilissima VViti-
chindi Magni Saxonum & Anga-
riorum Regis, qui vixit anno Chri-
sti 785. & à Carolo Magno Impe-
ratore Romano ad veram Christi religionem
adductus est, stirpe Saxonica habuit, nusquam
interrupta sanguinis serie, uti Spalatinus & alii
eum seculi deriuant.

AVVS.

Auus Mauritij Albertus, Princeps non bel-
lica solum virtute nulli secundus, verum etiam
pacis artibus, & domestica disciplina ceteris sui
Ioci omnibus praestans, maximis rebus pro Ma-
ximiliano I. Romanorum Rege in Belgico, ad-
versus regem Vngariæ Mathiam in Austria ge-
stis clarissimus. Dextera manus Imperij In-
nocentij VIII. PP. literis nominatus.

Pater



Pater.

Pater HENRICVS, primò in iuuentute Fri-
siæ ostio Iſulæ & Amasis interiectæ à patre
Alberto p̄fectus, & seditiosæ multitudinis re-
bellantis impetu furioso in oppido Ercincica ob-
fessus in summo vitæ discrimine versatus, & à
patre tandem liberatus est. Deinde ut peregrina-
tione prudentiam aleret, & variorum popu-
lorum instituta, & mores cognosceret, fortè et-
iam religionis ergò, ut illius temporis persuasio
erat, Hyerosolymam & post aliquot ános Com-
postellam in Hispanias protectus est. PosteaIm-
peratoris Maximiliani I. aulam ejusq; bella Bel-
gica & Venetiana secutus est, ipsique ob virtu-
tem, fidem, & singularem nauatam operam
charus fuit. Maternum genus duxit à Mega-
polensium Ducum illust. familia vetere & regia,
ex qua orta est Catharina piissima fœmina
principis MAGNI filia, In quo cum aliæ virtu-
tes Magno & sapiente principe digna, tum exi-
mia reverentia erga literas & doctrinarum stu-
dia fuit, eaque velut in primis Reipub. guber-
nandæ necessaria & salutaria amavit.

Nativitas.

Mauritius in celebri metallorum Vrbe
Friberga Misnica 12. Calend. Aprilis Anno
post CHRISTVM natum millesimo quingen-
tesimo vicesimo primo in lucem vitalem ed itus
est.

est. Petrus Apianus insignis Mathematicus inspecta eius genitura, prædixit heroica animi & corporis præminentia dona præstantia, & tandem infelicem & sane immaturum exitum principi. ec postea eventus defuit.

Annum agens ætatis vicesimum Anno nimirum CHRISTI 1541. Agnetem optimi & Coniugium bellicosí principis Philippi Hassiæ Landgravii & Princi- patus. filiam natu maximam coniugem elegit. Et patris laudatissimi ducis demortui gubernatiōem ditionis totius & hæreditatem adiit, summa ordinum omnium gratulatione, ante annos, annumque gerens, curasque viriles, atq; in primo limine principatus Ecclesias & Academias ditionis visitari constituit, summa liberalitate collapsas restituit, conservavit, & tres eximias & illustres scholas de novo aperuit. Dresdam Lipsiamque firmissimis operibus muniuit, arcæque novas magnificentissimis edificiis extraxit, & veteres aliquot restauravit.

His aliisque pacis vel artibus vel naturæ ornamenti nemini secundus, bellica tamen virtute & laude magis excelluit.

Ter cum agnato Ioh. Friderico Electore ad arma devenit. Primo quidem de oppido Episcopi Misnensis Vurcen ad Muldam sito, in quo uterque tributum belli Turcici causa indictum, colli-

Civilia bella

1542.

colligendi jus sibi competere contendebat, dissidium adeò atrox & acerbum inter ipsos exarsit, ut suos utrinque ad arma & quidem in ipsis Passionis & resurrectionis Christi terijs conuocarent, sed interuentu Philippi Halsiæ Landgrauij socii Mauritijs bellum diremtum quidem, sed animorum offensiones non sublatæ sunt.

Secundò cum ditiones sobrini Ioh. Friderici Elect. à Carolo Cæsare proscripti cum Ferdinandi Boemiæ regis copijs inuassisset, patriā & subditos respiciēs Imp. mandatis & suo officio satisfecisset, vim & iniurias à se & suis ūdiq; ppulsās.

Tertiò cum ab eodem omnib. propè ditio-
nibus exutus ad vim eius depellendūm suaq; recuperanda sese tandem cum Cæsare & Fernando coniungere coactus fuisset, atq; propè Mulbergam fuso fugatoq; exercitu & capto ipso Electore præclarum virtutis specimen ederet. Ideoque in castris Archimarschallatus Electoratusq; dignitate cum magna parte harum ditionum auctus & ornatus esset.

Externa.

Primò in Vngaria ad Pestum Mauritius tā-
quā in militiæ disciplinam profectus sponte &
voluntate sua cū 1000. Equitib. ad Christianorū
exercitum suis stipendiis sese adiunxit, atq; hu-
ius socius & consors dimicationis & periculi fu-
it, in quo bello memorabilis in primis Mauritijs
virtus eluxit & documenta magnanimi & fortis
bellatoris dedit. Hostem n. Turcā valida manu
aliquo -

aliquoties aggressus , terrorem maximum ipsi
incusit. Semel tamen in prælio & velitatione
singulari circumclusus ab hostibus, cum vitæ dis-
crimine equo deiectus, ac in terram prostratus
est, quem iacentem turba & colluuios barbaro-
rum pressit, ac in apertum sanè vitæ & salutis
periculum Dux coniectus fuisset, nisi à Bartolo-
meo Ribischio nobili Thuringio & satellite cor-
pore suo, corpus Domini tegente & ictus hosti-
les excipiente tantisper impetum Turcorum
sustinuissest, donec equites Mauritiani advola-
rent, Turcos dissiparent , & dominum furori
hostium subtraherent.

Secundò Carolo V. Imp. contra Galliæ re- 2.
 gem Franciscum in obsidione ad Landersium
voluntariè militavit, eoque officio singularem
sibi Cæsar is benevolentiam & favorem concili-
avit.

Tertiò iterum Cæsari cum exercitu lectis- 3.
 simo contra Gallum ipse & frater Augustus au-
xilio veniens hostes nimia alacritate & impetu
aggressos, insignem ad D. Victorinum & Sun-
desirum reportant victoriam.

Quartò, socero Landgravio Hassiæ adver- 4.
 sus Henricum Ducem Brunsuigiæ subsidio veni-
ens, suo aduentu & intercessione pacifica inspe-
ratæ victoriæ compotem eum fecit.

B Quintò

5. Quintò ad Magdeburgenses à Cæsare hostes
1552. iudicatos & proscriptos bello persequendos cō-
muni ordinum Imperij suffragio Dux militiæ
creatus est, eosq; obsidione graui & longo undi-
que conclusit & cinxit, tandem eò compulit, ut
pacem petere & urbem conditionibus sanè to-
lerabilibus in tutelam Ducis dare coacti sint. In
quo bello & durante sanè obsidione collectam
militum manum in agro Hadelensi Verdensis
diocœsis Dux ipse incredibili fortitudine & vir-
tute dissipauit & repressit.

6. ¹⁵⁵³ Sextò, his peractis arma in Cæsarem ipsū in-
uitus quidem, & ut fidem socero captivo Land-
grauio Hassiæ datā, seruaret, ipsumq; liberaret,
conuertit, atque incredibili celeritate & impetu
Alpium Rheticarum fauces, superatis, captisq; ne
Ereburgi mōtis angustijs, qua iter ad Oenipontē
est, expugnauit, præsidioq; inde deiecto ad Oe-
nipōtem properans, terrorē & fugā quasi filmp. &
aulicis incussit, indeq; Patauiam recta pacifican-
di causa, hortatu & arbitrio Ferdinandi aliorūq;
Principum intercessione amica, se contulit. Vbi
has conditiones obtinuit, ut & Landgrauius li-
beraretur, & Pax Religionis perpetuè profiten-
tibus Augustanam confessionem daretur atque
7. firmaretur.

Postremq; eius expeditio, ut victoria cæteris
illustrior, ita morte ipsius sola omnium luctuo-
sior

sior fuit, qua Albertum Marchionem Brandeb.
cum quo antea coniunctissimè vixisset, armis &
incendijs in patriam gravantem, & tandem à se
disiunctum & sibi dira minitatem ad vim eius
reprimendam, patriamq; impendentibus per-
culis liberandam ad Sifridshusium vicum propè
arcem Peinam collatis signis fortissimè pugnās,
ingenti prælio vicit, & in ipso cursu victoriæ
globo paruæ machinæ traiectus accepto vulne-
re lethali tertio post die in castris vitam cum
morte commutauit Imp. Regioni, bonisque o-
mnibus maximo sui suæq; virtutis desiderio re-
licto, & sic intra 12 annos quibus hisce ditioni-
bus optimè præfuit, totidem ferè expeditionib.
bellicis ipse interfuit, cum vixisset annos 32.
Mens 3. Dies 21. Horas 10.

In juventute & prima eius pueritia statim *Privata
ingens donorum* varietas in natura & ingenio *vita.*
Mauritij cum summa parentis optimi & præce-
ptoris Ioannis Ruij Atthendoriensis doctissimi *Tyrocinia
admiratione & elogio* emicuit: quod humanū,
mite, prudens, graue, magnanimum, placabile,
moderatum, verax, justum, semper sibi constās,
hilare & lātum, deniq; nativa bonitate & indole
verè Heroica & ad omnia summo Principe di-
gna præuolante excellens: Arma tamen magis
quām libros amans, ut armis potius quām literis
natum esset.

B 2 Aulam

*Pugna ca-
lamitosa.*

Aulam sobrini & Electoris Ioh: Friderici aliquot annos secutus, cunctorum animos ad sui amorem admirationemque rapiebat, omniumque corda sibi devinciebat.

In aggrediendis reb. admodum circumspectus providus, cautus, industrius, laboriosus & efficax consilio expeditus & manu promptus fuit.

Interior etiam & domestica ejus vita honestissimorum exemplorum pietatis veræ in Deum, temperantiae, frugalitatis, continentiae plena, & tamen erga omne hominum genus liberalissimus, & in consuetudine cotidiana valde iucundus & perurbanus fuit. Venationis studio maximo flagravit.

Partenta
præceden-
tia mortem Portenta & præfigia mortis hujus optimi Principis, Fabricius quidem multa recenset. Canum laniena, qua ad mortem usque dimicarūt. Streitus in aere, Sanguineæ in herbarum foliis guttæ, hominum & equorum in campo illo, in quo conflictus habitus fuit, nocte intempesta audit clamores, eiulatus item nocturni in oppidis.

In arce Perlini de statua solida Mauricij, nulla vi adhibita, delapsum caput est. Ipse quoque Viro cuidam optimo & docto, in domo flagante, per somnium visus fuit.

Inte-

Intestina Sintershusia condita, corpus è ca-
stris Fribergum maximo omnium cum mœro-
re delatum in templo Mariano conditum, mo-
numento maximè insigni & regio.

Vnicam filiam Annam è conjugè illustr.
suscepit reliquit, quæ postea Principi Vraniæ
Vuulhelmo coniugio tradita est. ^{Hæredes.}

Huic Principi & bellatori egregio Geor-
gio Fabricius poeta excellens hoc scripsit Epi-
taphij loco Elogium.

*Mauritius cecidit, bellax Germania plange
Amissa Jmperij quanta columnæ tui.
In tua Mars armis cur impie viscera sevis;
Ecce tuum, cecidit sœva per arma decus.
Mauritii tumulum cernens Germania plange
Pectore magnanimo non habitura parem.*



B 3

II. AV-



I I.

A V G V S T V S.

D V X SAXONIÆ, SE P T E M V I R

Imperij, MAVRITII frater, Henrici

filius, Alberti nepos.

NATIVITAS.
NATVS EST ILLVSTRISS.
Dux in oppido insigni & metallas-
rio Friberga pridie Calend. Augusti
Anno Seruatoris millesimo quin-
gentesimo vicesimo sexto.

Nomen AVGVSTI ab omine præjudiciali
patris optimi suscepit, qui etiam varia indicia,
& vaticinia de se habuit magnifica, quòd etiam
euentus postea respondebat. A teneris enim
annis præclaræ pietatis, sapientiæ, gravitatis, re-
ctitudinis, maximique ingenii & singularium
virtutum indeoles in eo enituit. Ideoque cum
fratre Seuerino in aula Regis Ferdinandi, adiun-
cto ipsis studiorum formatore cum filijs regijs
educatus est, & postea adolescens 18. annorum
Mersburgensem Diocæsin post Sigismundi Lin-
denauii obitum administrandam suscepit: Ec-
clesiarum inspectione & cura Georgio Anhal-
dino Ernesti filio Principi religioso & docto
commendata.

Miliꝝ

*Ab augurio
et à D E O
consecrato
non ab au-
gendo.
Indoles.*

Tyrcinia
militaria.

Militauit Carolo V. in Gallia & fratribus Mauricij socius, & particeps victoriarum, fortitudinis & clementiae in bellis Vngaricis, Gallicis, & Germanicis fuit, specimenque fortis & magnanimi Principis singulare dedit, & praecipue in bello Gallico ad Landersium singularem sibi Cæsaribenevolentiam & fauorem conciliavit.

Coniugium.

Christiani III. Daniæ Regis filiam Annam ingenio & omni virtute excellentem virginem heroinam coniugem 12. Octob. Anno Ch. 1548 duxit, & sacrum nuptialem Torgæ celebrauit, copulante eos Georgio Principe Anhaldino.

Principatus

Extincto in prælio cum Marchione Alberto Brand. ad Siuershusium fratre Mauricio, Augustus summa omnium subditorum studio & alacritate nec non veneratione nominis ipsius receptus est, ditionemque illius armorum tractatione aliquandiu dissipatam in statum pacificum restituit, & omnia ad pacem pertinientia procurauit.

In primis autem studia literarum & doctrinam veræ religionis summoperè amavit, & ad eam promouendam cogitationes & animū totum convertit, & quo conservari & ad posteritatem propagari possent, nulli curæ, operæ, & sumptui pepercit. Nec non summa liberalitate

ralitate Academias restituit, & amplissimis re-
ditib. atq; censu locupletauit, Patriæ & iudicijsle-
gib. correctis optimè consuluit, Sacerdotum pu-
pillis & viduis prospexit. Latrocinia , quæ locis
multis inualuerunt, severè coercuit.

Externa quidem bella , ut supra comme- *Bella.*
moratum est, gessit. Semel in Turcas pro Repub:
semel pro Carolo V. Imp contra regem Gallo-
rum, postremo in bello Germanico Carolo &
Ferd operam suam strenuè nauauit, & singula-
rem autoritatem & fauorem sibi conciliavit.

Interna nulla habuit , pacem enim amauit
& coluit, per eumq; aurea pax armis & precib.
antea extorta , in conuentu Augustano postu-
lantibus & urgentibus Augustanæ confessionis *A. 1555.*
Principibus, in primis verò Augusto Duce reno-
vata, declarata, aucta & confirmata est.

In tota eius gubernatione pacem maximè *Vita priva-*
coluit , Germaniamque & dissidia intestina
Imperii studiosè sanctèque quoad potuit , se-
dauit , bonumque Principem nihil à patre
bono differre, exemplo suo declarauit. Diti-
onem ædificijs & structuris magnificis & mu-
nitio-

C

nitionibus pro loco & tempore ornauit. In Imperio consilio & authoritate maximus, atque ob fidem & præstantiam donorum Imp. 4: charus fuit.

Nec non in eo aliæ virtutes sapiente Princepe dignæ, tum eximus quidam ardor & ~~fel~~ 2
erga religionem veram propagandam & ad posteros conseruandam enituit, & in trigesimum terè annum patriæ magna cum laude prudentię, iustitię, bonitatis, clementiæ, & amoris ac studij publicæ pacis & tranquillitatis tuendę præfuit. Exemplo Ottonum Imp. iam ætate corroborata lingua m̄ latinam didicit, & quocunque cum aut animi aut ingenij impetu stulit, id naturæ bonitate & assiduitate intentionis facilimè consecutus est. Fuitq; Princeps miræ seueritatis in delinquentes, & ad rem familiarem attentissimus, redditus auxit, & ædificia omnibus in locis reparauit. Inuenit lateritia ædificia, & reliquit marmorea, Dresdæ urbi impensè commodauit.

Princeps
ingeniosissimus.

Æquis iudex diuti & pauperi extitit. Cum videret aulicos & satellites humilibus personis secum loqui cupientibus, accessum liberum ad Affabilitas in Principe. se prohibere, s̄aepius dixit: Date unicuique accēdendi

dendi locum. Non enim propter hoc ad fa-
stigium sum à DEO destinatus, ut hominibus
in arca præcludar, quod etiam Rudolphi I. Im.
Rom. dictum fuit. Pro symbolo habuit: Do-
mine conserua me in vera agnitione Filii tui.

¶ Animi deliquio miro & virium corporis ^{Obitue.} 1586.
defectu subito abreptus est XI. die Febr. cum
paucos ante menses nuptias secundas cum Ha-
gna Hedvigi Anhaldina Ioachimi Ernesti filia
apud sponsę parentes celebrarat, & reliquerat
ex prima coniuge Anna regia sobole, & XV.
plantis cœlestibus mater fœcunda Christianum
filium, unicum hæredem paternorum bonorū
& honorum, & filiastres, Elisabetham, Ioanni
Casimiro Palatino, Annam Ioa: Casimiro Ducis
Saxonie Coburgi aulæ sedem habenti, & Do-
rotheam Henrico Julio Ducis Brunsvicensi elo-
cata.

Augustum vir doctus hoc elogio honora-
uit:

Justicia Josaphat, David pietatis honore
Præreliquis Salomon pace celebrisi erat.
Augustus maiora refert ingentibus ausis
Singula namq; illis sunt data, cuncta at ei

C 2 Ergo

*Ergo tot ornatus fuerit cum dotibus iunus
Quid viguit virvo hoc manus in orbe duce?*

Fribergē magnificē tumulatus.



II. CHRIS



III.

CHRISTIANVS I.
SAXONIÆ DVX SEPTEM
uir Imperij, Augusti filius, Henrici
nepos, Alberti abnepos.

Nativitas.

LUVSTRISS. DVX CHRISTI-
anus natus est anno millesimo
quingentesimo sexagesimo Dresdenæ
4. Calendarum Nouemb. patre Au-
gusto Principe laudatiss. veræ Reli-
gionis obseruatore, chitore ac nutrio munifi-
co & Iustitiae , pacisque publicæ custode fido.
Matre Anna Regis Daniæ Christiani III. opti-
mi: vereq, Christiani, & laudatissimi filia, inge-
nio, prudentia, & alijs omnibus regiæ matronæ
virtutibus ornata heroina præstans.

Educatio.

Puer ab utroque parente ad amorem pi-
etatis & veræ de DEO doctrinæ, ad modestiam,
temperantiam & conuenientem Principi ado-
lescenti grauitatem morum, pari humanitate &
mansuetudine temperatam , & quidem
summa cum animaduersione sedulò institutus
& laetificatus est. Formatore studiorum adiun-
cto Doctore Paulo Vogelio Iurisconsulto, poli-
ti ingenij & doctrinæ linguis literisq, exculto, &
singulari morum grauitate venerando.

Cum

Cum vigesimum primum etatis annum *Coniugium.*
compleuisset, data est ei in matrimonium, So-
phia Illust. Electoris Ioh. Georgij March. Brand.
filia pietate & modestia singulari & admiran-
da praedita atq; à patre simul ipsi gubernationis
politicæ administratio tradita est. In publicis
enim Cameræ & Cancellæ iudicijs ipse præse-
dit, & cum Consiliarijs ex nobilitate delectis, &
Iuris legumq; peritis controversias ipse audiuit,
& iuste ac legitimè diremit.

Post obitum patris prouinciarum guberna- *Admini-*
tionem totam non exiguis cum difficultatibus
& oneribus coniunctam suscepit, atque omnibus
virtutibus bono Principi & patri conveni-
entibus, amore & studio veræ & sinceræ pietati-
tis, beneficentia erga subditos, iustitia, veritate,
clementia, comitate & fide excelluit. Natura *Natura.*
siquidem eius fuit ingenua, verax & candida o-
mnis fuci, simulationis, doli & fraudis expers,
osor superbiæ, amorem & indignationē prom- *Ingenium.*
tam in fronte gerens, splendidæ elegantię & ar-
tificiosi ordinis & ædificiarum studiosus. Casti
pudoris decus in coniugio amore mutuo, suavi, *Progenies.*
sincero & constanti, & fide eximia seruauit, in
eoque tres filiolos & totidem filias Illust.
DVCVM Saxoniæ familiam ad posteritatem

D E O

DEO iuuante & benedicente propagaturos pro-
creauit.

Mors.

Vt autem ignis quò clarior fulsit, eò citius
extinguitur, & ingenia quæ illustriora, breuiora
sunt, ita Princeps ille Christianus tot prouin-
ciarum & ditionum amplitudine, opib. & glo-
ria florens, cum alioquin firmo & robusto cor-
poris habitu esset nondum completo ætatis an-
no tricesimo primo, in ipso flore & cursu rerum
& ætatis vivere desiit, ut de ipso Virgilianum il-
lud rectè usurpare possimus: Ostendent ter-
ris hunc tantum fata, nec ultra esse sinent.

Itaque improuisa & graui ægritudine op-
pressus ex hac mortali & verè calamitosa, in cœ-
lestem, & omnium curarum, dolorum & ango-
rum expertem vitam & gloriam inexplebilem
translatus est Anno Christi 1591. Die 25. M. Sep.
Et ut verè ros, vapor, umbra, tumor, puluis, nix,
sonnia, fumus, spectrum, pluma, ratis, transitus,
aura, cinis, nostra vita sit, hoc exemplum heroi-
ci Principis sanè illustrat. Cui in templo S. Cru-
cis Dresdæ tale Cœnotaphium magnificè ere-
ctum est.

Sic erat ensiferi de Christi nomine dicti

Effigies, oculi, crura, statura, genæ.

Hac germana fides, pectus sublime, beatum -

Prole & se digna coniuge coniugis

Vita

Vita brevis, sat longa tamen, dum vita saluti
Consuluit patria, dum pia mors anime,
Qui placide moritur, sat is hic bene vixit, & illuc
Hec qua non oculus gaudia vidit, habet.
& in templo Mariano Fribergæ tumulatus.

Pro commone factione fugacitatis vitæ humanae, hoc in loco festivam illam narrationem somnium vitæ nostræ scitissimè depingentem, quam Ludoicus Viues in Epistola quadam de Philippo bono cognominato Burgundia Duce commemorat, adscribendam duxi, quæ et si ~~ἀποστολή~~ fortasse videbitur, tamen ut de vitæ humanæ fragilitate & felicitatis hominum tam superiorum quam insimorum somnio attentius hac etiam occasione cogitemus, breuiter recitare libet.

Nocte quadam à Cœnâ cum aliquot præcipi-
Festiva
narratio de
fugacitate
vitæ huma-
næ.
puis aulicorum per urbem Mechliniam de-
ambulans Philippus bonus Burgundus, iacente
tem conspicatus est, medio toro hominem de
plebe ebrium, altum stertentem.

In eo vilum est experiri, quale esset vite nostræ ludicrum, de quo sæpius illi essent collocuti. Iussit hominem deferri ad palatium, & lecto ducali collocari, nocturnum Ducis pileum capiti eius imponi, exutaque sordida ueste linea, aliam è tenuissimo ei lino indui.

D

De mane

I
I
C

De mane ubi evigilauit, præstò fuere pueri nobiles, & cubicularij Ducis, qui non aliter quā ex Duce ipso quærerent, an luberet surgere, & quemadmodum vellet, eo die vestiri.


Prolata sunt Ducis vestimenta regia. Mirari homo, ubi se eo loci vidit: indutus est, prodijt è cubiculo, adfuere proceres, qui illum ad facelium deducerent: Interfuit sacro, datus est illi osculandus liber & reliqua penitus ut Duci.

A sacro ad prandium instructissimum, à prandio cubicularius attulit chartas lusorias, & pecuniæ acervum, lusit cum magnatibus sub terrum, deambulauit in hortulis, venatus est in leporario, & cæpit aliquot aues aucupio. Cœna peracta est pari celebritate quām prandium, accessis luminib⁹ inducta sunt Musica instrumenta, puellæ atq; adolescentes nobiles saltarunt, exhibitæ sunt fabulæ: hinc commissatio, quæ hilaritate atq; in uitationibus ad potandum producta est in multam noctem. Ille verò se largiter vino obruit præstantiſl. & collapsus in somnium altissimum. Iussit eum DVX vestimentis priorib⁹ indui, atq; in eundē locū repatri, quo prius fuerat repertus. Ibi transegit totā noctem dormiens. Postridiē experrectus cæpit secum de vita illa Principali cogitare incertum habens, fuisset ne res vera, an visum, quod animo esset per quietem observatum. Tandem collatis

collatis conjecturis omnibus atque argumentis
statuit somnium fuisse, & ut tale, uxori liberis
ac vicinis narravit. Quid igitur interest inter
diem illius & nostros aliquot annos? nihil pe-
nitus, nisi quod hæc est paulò diuturnius so-
mnium, ac si quis unam duntaxat ho-
ram, alter verò decem somni-
asset.

F I N I S.





Cum de optimorum & Il-
lust: Principum vita, quæ multarum &
magnarum virtutum exemplis plenissima est, deque
illorum rebus gestis heroicis pro dignitate hisce prioribus
pagellis dictum scriptumve non sit, de consilio
quorundam, Doctissimi & Consultissimi viri, Dn.
NICOLAI REVNERI Iurisconsulti, Comi-
tis Palatini Casarei Elogia eorum carminicè
reddita & exactè scripta appendicis loco
addere placuit.

I.

HENRICO pio, forti, & pacifico.

PEclore quam celsus princeps, tam moribus æquus,
Et pius, & vera simplicitate bonus.
Propugnatque fidem rectam conamine magno,
Principis inde propriy nomen & omen habet.

MAVRITIO Principi fortissimo
& bellicosissimo avitæ gloriæ æmulo strenuo, id eoque
merito cum ob æstatem, tum ob gubernationem &
res maximas domi forisque gestas ALEXANDRO
magno comparandus.

Victor obit victo, dolor, ictus ab hostie? sed expers
Funeris, immenso vi vit in orbe Decus.

Apo.

Apophthegma ejus atq; dicterium, quod
sæpius in ore habuit, recenset Petrus Albinus: Dicere
enim solitus est: Nullum alveum fluminis esse tam
profundum, qui non posset vadari aut transmitti, sed
hoc *omnium fons*, qui precantes exaudiat, laboriosis præsto
sit, & credentes adjuvet Quod sanè, quantus in eo fu-
erit animus, quaq; constantia, indicat, quo meritò e-
jus vita, quoad ætatem & numerum annorum & pu-
gnarum, cum Alexandri Magni heroicis actis confe-
renda.

A V G V S T O Principi incompara-
bili, Imperij columnæ, flori Europæ, patri patriæ, nu-
tritio & altori Ecclesiarum, Musarum & Literatorum
tutori, religionis purioris vindici, Iusticiae & Iuris af-
fectori.

*Imperij Sacri, Septemvir & inclytus heros
Cæsaris Augusti nomen & omen habet.
Mente pius, pietate gravis, gravitate verendus
Consilio prudens, justiciaq; potens.
Cæsarei vindex decoris cum fratre triumphat
Signa per Atrebates bellicæ quando mōvet.
Armorum patriam formidine solvit: & altæ
Expugnat victor Martia castra Gotbæ.
Iam Fora, Templæ, Scholas augens, & pace serenans
Augustâ, populis jura dat æqua suis.
Augeat Augusto regnum Deus, augeat annos,
Floreat æternis aucta propago bonis.*

CHRI-

CHRISTIANO PRINCIPI
omnibus animi, corporis, ac fortunæ
bonis excellentissimo & ornatissimo.

Pace potens belloque, sui flos inclytus ævi
Christianus Princeps Saxonis ille domus.
Imperij sacri columen simul et decus: Heros
Mente vigil, fortis pectore, corde catus
Feruidus ingenio, comis sermone, seuerus
Vultu, re constans, sensibus innocuus
Iusticiæ cultor, rigidi servator honesti
Et fastus osor, fraudis & hostis atrox
Bis sex vix lustris, & denis mensibus actis
Occidit heu gentis fida columna suæ
Magnus Menander sic, hujus & emulus alter
Mauritius patruus, concidit ante diem.

SERI

SERIES ILLVSTRISSIMAE FA
miliæ Principum, Electorumq; Saxonie in hoc
opusculo compræhensa.

Fridericus I. bellicosus dictus, Friderici strenui filius, Friderici Gra
vis designati Romanorum Regis nepos, & Friderici fortis abnepos &c.
primus Elector Saxonie, huius filius,

Fridericus II. placius Septemvir, Vxor Margaretæ Ernesti Austriacæ
filia. Friderici III. Imperatoris scror: Huius filij

I.

Ernestus Septemvir cuius uxor
Elisabetha Alberti III. Ba
variae ducis filia
de hac progenie alio
loco

ALBERTVS Dux Saxonie, cuius
uxor Sidonia Georgij Bodiebraci Regie
Boemia filia

genuit

Georgium Barbatum &

Henricum pium uxor Catharinae Magni
ducis Megalburgi filia

Mauritium, & Electores,
huius uxor Agnes Philip
pi Hassiae filia, reliquit u
nicam filiam Annam Princi
pissam Aurarie.

Augustum ambo uxor. I. Anna Christia
ni III. regis Danie filia genuit

Christianum I. Septemvirum uxor So
phia Ioannis Georgij Elector: Brandeb
uria filia, genuit,

1 2 3
Christianum II. Ioan Georgium & Augustum.

Salveat o fratum Trias haec Veneranda potentum
Perpetuis semper floreat aucta domus.

tauji dico.

VG. 1751. 6

ULB Halle
002 691 590

3



St

Rubro ✓
M.E.





Farbkarte #13

B.I.G.

